UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 176. Caussa Joannis Parvi de novo agitata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66272

Visual Library

dein vero Convennenſi, & Lombarienſi Ecclesiæ, tandem vero Archiepiſcopatui Arelatenſi præficiebatur. Conſtanter Benedicti partes tenuit, usque ad Capitulationem Narbonnenſem, hac autem concluſa Conſtantiam adiit, & Concilio acceſſit. Sæcul. XV. A.C. 1416.

§. CLXXVI.

Cauſſa Joannis Parvi de novo agitata.

Non obſtante Cardinalium ſententia, contra Pariſienſem conventum lata, de qua ſuperius, necdum tamen Joannis Parvi cauſſa intermiſſa eſt. Scripſerat Univerſitas Pariſienſis ad Concilium verbis quidem modeſtiſſimis, ſed valde ponderoſis, declarans, ſe immote inhæſuram condemnationi in præfato cœtu nuperrime factæ, tanquam juſtæ ac legitimæ, ſimulque rogat, ut Concilium eandem confirmaret, & quidem ſine mora, & ſine fuco, quia utrumque ſuo præjudicaret honori. Cardinalis Cameracenſis pariter libellum obtulit, qui formulam damnationis novem propoſitionum continebat, ſimulque declaravit, hanc damnationem nullius juri, aut honori præjudicio fore, multo minus Burgundiæ Ducis famam læſum iri, eoquod de Catholicæ fidei ſuæ ſinceritate teſtimonium dediſſet.

Gerſon. to. 5. p. 508. & 511. Vid. Sup. CLXIII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN